


EMBLEMA CI.

Virgini sit cura sama.

CI.

Candorem comitatur odor.

Lilia siue foris, seu stent candentia in aris,
 Pergrati semper nectar odoris habent:
 Hinc oculi capiunt, simul & bona pabula nares,
 Hinc solet in templis gratior esse mora;
 Imo suo impendi reputat quoque numen honori,
 Qui manat Floris de niue sparsus odor,
 Delectent, solo quę sunt formosa colore;
 Candida sed iuncto lilia odore placent.
 Non satis huic candor flori est, sed quærit vtrumquę;
 Candere, & pariter semper olere bene.
 Lilia formosas designant casta puellas:
 Namque notam purę Virginitatis habent.

Candor